

IN VITAM B. M.  
LVDVVICI ARNSTEI.  
NII COMITIS ORD. PRÆ-  
MONSTRATEN-

S I S.

**R**STEINIVM in Loganæ tractu clarum est familiæ Pre- *Arnsteinij*  
monstratensis Monasterium; de quo copiosè nos in No- *origo*.  
titia Monastices Treuerensis diœcesis pertractauimus.  
Ab aquila vitæ Scriptor nominis originem deriuat. Lo-  
corum periti ab Aura riuo, qui contra Arnsteinium in  
Loganam influit, trahi malint.

Colonia hæc Ascetica ex GRATIA DEI, id cænobio nomen fuit  
ad Salam amnem in Saxonia condito, deducta. Godefridus cele-  
bratur primus Abbas, ab Alberone factis inclito Treuirorum Ar-  
chiepiscopo, circa Salutis annum MCXXXIX. ordinatus.

Vitæ Scriptor prope ætate æqualis, et si more scholastico alicu- *Scriptor*  
bi diffluens luxuriet, grauiter tamen nec indoctè narrationem ab- *vita*.  
soluit, & nostris quoque lucubratiunculis lumen alicubi non exi-  
guum accedit. Ceterum, quia Scriptor præter ea, quæ ad historiâ  
pertinent, vix quicquam quod obscurum sit attingit, opus hic esse  
non putau vel insidias auribus facere, vel onerare lectorem super-  
fluis.

*Tota Prouincia quæ dicitur Enrich*

De Enrichiæ vel Heinrichiæ pago nos alibi; & hic in Relectione. *Enrich.*  
Vulgo ditionem hanc nunc appellant *Errich*, sive auff den *Errich*.

*SORORES B.M. Luduici* in quas nuperunt *Comitum* familias, una  
de mpta Nassauicia, omnes extinctæ sunt; et si Linea feminea in  
stirpibus nonnullis, quibus agnata cum hæreditate successio viuat.  
Plerique clientes extitere Treuerensis Ecclesiæ.

*QVARTA NASSAVVEN DESPONSA*

Capita huius stirpis mutile quidem edita, hinc quoque illustra- *Nassauuja*  
tri possunt. *stirps,*

H h h

Vale-

## IN VITAM

Valeramus.

N. Arnsteinia Luduuic*f*

Ex his.

Senioris F.

Rupertus

Arnoldus, Demudis

Valeramus-Cunegundis.

Rupertus Arnoldi F.

Henricus-Rupertus

vir bellicosus & in  
terra sancta defunctus

Embrico Diethsæ Comes -Demudis Nass.

Henricus.

Eberhardus.

Dietzæ Comites

*Catzenlebogen. Bertholdus & Dietherus Comites de Catzenlebogen.**bogenfis  
firps ini-  
zium.* Nec minus obscuram huius stirpis Comitum originem, & ge-  
nealogiam interruptam, vel hinc emendare & restituere licet.

N. Com. Catzenlebogen--Adelheidis Losen C.

Dietherus I. Bertholdus filij

Humbertus. Dietherus II. Eberhardus Episcopus

Dietherus I. anno MCCXIX. Terram Sanetam adiisse traditur.

*Comita-  
tum supe-  
rior et in-  
terior.* Comitatus hic olim bipartito diuisus. Superior Weterauia, O-  
donis saltu & Rheno inclusus Dermstadium caput habet. Inferior  
apud Inferiorem Rheni limitem, Einrichiæ solo saltuque contine-  
tur, cuius primarium oppidum Catzenlebogen, gemina arce ma-  
gis, quam alio cultu visendum.*Habebat Comes Lud. ius Patronatus in LXXII. Ecclesiis.**Patronas-  
tus abu-  
sus.* Telum hoc quoddam fuit amentatum, ad iugum seruitutis im-  
ponendum Ecclesijs, quando Patronatus non dotis, aut nouæ con-  
structionis, vel causæ similis argumento, nitebatur, sed, vel ab Impe-  
ratore vel Archiepiscopis, belli vel obsequijs intuitu Dynastis bene-  
ficij loco velut in manus traditi, vel ab ijsdem vi & armis, alioue non  
iusto titulo, usurpati.*Opes vete-  
rana Comi-  
tum.* De Luduuico Comite non habeo dicere, quo colore iuris vim-  
tantam Patronatum adeptus sit. Non negat vite Scriptor, magnas  
ex arce gentilitia olim prædas actas; & inseffores Comitisque Cli-  
entes parum de proprio, totum de alieno possedisse. Observatum  
mihi in Lutzeburgijs & Namurci Comitibus, & antiquis Lothari-  
ensium Palatinis, præcipuum eis patrimonij fundum, ab Ecclesia-  
rum & Monasteriorum decimis & dotibus, & iure Aduocationis &  
Patronatus, extitisse.*In villa VViesSEN trans Rhenum XXX. MANSOS.**Mansorum  
modus &  
frumentum.* De Mansis sat multa ad Ful. Antiq. lib. III. Monent me periti ta-  
lium, tractu Loganæ quemque Mansum vetera cum nouis compo-  
nendo, arui culti vel soli arabilis triginta iugera complecti, præter  
pisci-

piscinas, pascua, siluas, quæ Mansis includi solent. Euariare tamen fructum pro loci & temporis natura.

Albertus Crantzius lib. IV. VVandalię c. XXV. & XXIX. mensuram appendit cuique Manso Holsatice ditionis \* modios o \* <sup>\*. m. s. l. d. r. o.</sup> & tonos siliquinis & totidem auenæ; alibi denos tantum siliquinis aut tritici in prouentu collunt.

